... virgine. Salve regina

Feria sexta fecit deus bestias terre grandes secundum species suas iumenta et pecora et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum et ait. Faciamus hominem ad ymaginem et ad similitudinem nostram. Et creavit deus hominem ad ymaginem dei creavit eum.

O Homo gradu tue memorare et agnosce hodie ex iure debite esse tristem et facere planctum super casum primi parentis qui per unum excessum mandati dei factus inobediens cecidit. Et vidit deus ymaginem suam et doluit quod perire debuit unde et dixit. Penitet me fecisse hominem. Unde invento quo plenissime et perfectissime satisfiat pro homine. Qualis ars artem delusit. Quia de parte